

190.  
de Ho 1615.

p. Paris

I. Librando Subberto Theologo Franconerano  
 Saludem Reverende frater; Ne quae stomachicis, quod  
 filii. Tempus est, ut tandem in hac aetate mihi silentium  
 ingerem, postea jam scripturam *Ἐπεὶ δὲ τὸν*. Neque nam  
 scriberem, nisi te scire vellem, me scribendo desessum  
 esse. Sed et cum Decanus scriberet, toto mense Julio  
 in acridulis Sualbaei valetudinis causa, absens fui.  
 Deo responsum ejus non vidi. Scio tamen ex faculta-  
 tis sententia eum respondisse, gravissimis de causis  
 Facultatem nolle hanc litem, quae non tam rem  
 theologiam, quam proscriptionem civilem concer-  
 nit, suam facere. Neque, si vellet, inconsulta Aca-  
 demia et Aula id facere auderet. Igitur te rogo,  
 ne aegre feras, quod ex sententia non responderim;  
 Arbitraris tu quidem nostram auctoritatem posse cohi-  
 beri ingeniorum vestrae lasciviam, turbasque  
 precaveri, nos vero secus judicare, res coegit. Quid  
 alioqui de libro tuo sentiam, ingenue prae-  
 scripsi, quod tibi satis sit. Alterum tuum rescriptum  
 ad Professores Theologiae. s. malle me ex stylo, ut nosti,  
 recepto, ad Decanum et Professores Theologiae. Fa-  
 cultatis inscriptum et absente in nundinis Decano  
 primum reseratum est. Reversus haud dubie,  
 quam primum ex sententia Facultatis respondebit.  
 Interim te velim patientia et silentio, quicquid id  
 est injuria, concoquere, iudicium Ecclesiae relinque-  
 re. Satis enim pro causa bona laborasti, ne te fatales  
 turbae, quae Belgium premunt, opprimant. Drapian-  
 tantum virum miror, ex etymo Latino ambiguo  
 verbi *Creo* cothurnum *Arrianum* invehere, velle.  
 Duo loca allegata vitiose legere. *ἔκλυε* pro *ἐκτύβε*  
 vel *ἐκλύδατο*, quis dubitet, qui Hebraeum contextum  
 adspexit *Zach. XIII. 5. LXX. 37. reddiderunt ἔκλυε*

Teo sensu alieno. Quod si creavit est pro genuit, cur  
potius improprie dicimus, filium creatum quam genitum  
si nihil monstrari aliter? Etsi igitur nolim vos dogmat-  
xvii, tamen vereor, ne critica falsista vtrius dogmati  
prodat, quod dies manifestabit, quia error errorem  
pariet. Deum oro ut vobis et nobis det unum sentire  
et loqui in spiritu et veritate. Feliciter vale et  
salve. Heidelbergae, 18. Septembris ibis.

191

Balthazaro Vizio, Ecclesiastae Dordraceno.  
Salutem!

Video, mi frater, hoc suspectissimo tempore, casu vel per  
fidia, meas vobis, vestras mihi non reddi. Tuas vix intra  
biennium vidi: nequidem prelixas illas, de quibus scribis.  
Igitur silentium posthac mihi indixi, et indicit mihi lan-  
guida senectus. Nuper respondi D. Sibrande et D.  
Stomunio, qui ex nuditatis sua mihi communicarunt: vereor  
aut acciperent. Tu, data occasione, me eis, cum vicinos ha-  
beas, excusa. Tuas interim crebriores libenter expectabo,  
nec deputabis in culpa, si pedes defessus, equitem non  
assequar. Bellarminum castigatum de justificatione  
futuris nuditatis, volente Domino, videbitis: et tunc  
pedem figere datum mihi est, Deo Opt. Max. eternas  
gratias ago. Precedentia ad haec iocus mihi sunt visa.  
In hoc omnino argumente summa arte doloque, pugnat iste  
Goleathus, majorque sudore propereidas mihi fuit: quod  
iudices non iniqui agnoscent. Deo sit gratia et gloria.  
In frenico dicta, indicta dixerim. Quid sit? indicta omnia,  
et fardo mundo narraui fabulam: quia vadit in interitum.  
Hanc tamen pas regis sancta mea cura pro veritate et  
pace Ecclesiae totis octo annis per textum relinquere post  
me volui: si aliorum hoc trahant studium, quid ad me!